



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Herimannvs Et Bertildis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

nus à Gandauo, opidi Dominus fundauit, Adelwidis eius vidua post auxit, & Odardus Cameracensis Episcopus anno 1118. confirmauit. In hoc templo ossa sancti Hilduardi Episcopi & Christianæ Virginis à multis retro sacerulis adseruantur. Hilduardum sunt qui scribunt Tullensem Episcopum fuisse. In tabulis tamen Episcoporum Tullenium, quas Ioannes Chenutius cum reliquis Galliæ anno 1621. Parisijs edidit, nomen eius non inuenitur. Obiit autem circa annum 750. Dickeluennæ teste Meyero, inde saeuentibus Normannis Teneramondam sub annum 846. translatus.

HILLONIVS

Patronius Iseghemij.

Fuitis primùm S. Eligij Nouiomensis ac Tornacensis Episcopi minister & discipulus, ut constat ex Audoeno vitæ S. Eligij scriptore apud Suriū. Post Abbas factus Solenniaci in territorio Lemouicensi in Gallia, ibidē nonagenarius in Domino obdormiuit Iseghemij qui pagus est diocesis Tornacensis in Flandria, Comitatus titulo à Philippo II. Rege Catholico in Maxæmiliano villam à Gandauo decoratus, vicinis quoque in locis colitur ut Apostolus ac patronus exstat ibidem vitæ eius historia manuscripta.

7. Jan.

HERIMANNVS ET BERTILDIS.

De ijs ita Sigebertus anno M.V. mortuo Othonc Duce Ducatus Latharingiæ datur Comiti Godefrido filio Godefridi Ardeunentis. Ille Dux Godefridus dictus est

Q

est

est Eyhamensis. Erat autem Eyham opidum & castrum munitissimum & sedes principalis Ducatus regni Lotharii, qui Dux Godefridus duxit Matildem filiam Hermanniducis Saxonum relictam Balduini Comitis: De qua idem Godefridus genuit tres filios Godefridum, Godzilonem & Herzelonem. Hezcelo Comes post mortem ducis Castrum Eyham cum Prouincia Bracbatensi suscepit, & diutenuit. Hic eum genuit filium nomine Herimannu & filiam nomine Bertildem, qui dum adhuc iuuenes essent defuncti sunt, & in Ecclesia apud Felsicam sepulti: qui postea multis miraculorum signis claruerunt, sed à Virdunensibus Monachis furtiuè ablati sunt. Cæterum infra Castrum Eyham idem Godefridus cum Matilde Monasterium in honore S. Mariæ deputatum Canonicis fundavit. Extra vero Herimannus filius (verba stant Chronographi Cameracensis) duo Monasteria struxit, vnum S. Laurentio, alterum S. Salvatori. Citat hæc Lindanus in suis de Teneramonda eiusque territorio Commentarijs Antuerpiæ apud Hieronymum Verduſum editis.

H V N E R I D V S . E P I S C O P V S .

Ipris.

S. Mari. PRIMUM egit Monachum Frumiæ in Arduenna, postea S. Floquino in Episcopatu Morinensi seu Teruanensi successit, & vna Abbas Bertinianus fuit: à Normannis fede sua pulsus, Nicolatum I. Papam consuluit, cui respondit cap. Sciscitaris, cauſa 7. quæ. 1. Obiit circa annum 871. vt ex Ioannis Iperij Chronicō Bertiniensi cap. 16. datur intelligi. Terouana anno 1553. funditus excisa corpora SS. Hunfridi & Maximi Episcoporum Ipris in